

BASI. Distribuit etiam spolia, exhibens fideles custodias Angelorum ad hominum salutem. B E D A. Victor etiam Christus spolia distribuit, quod est in signe triumphantis, quia captiuam ducis captiuitatem, dedit dona hominibus, quosdam quidem Apostolos, alios Euangelistas: hos Prophetas, illos pastores ordinans, & doctores. C H R Y. Dein de ponitur quarta solutio, cum subditur: Qui non est mecum, aduersum me est. & ego volo homines offerre Deo, Sathanas autem contrariu. quia liter ergo, qui mihi non cooperatur, sed dissipat q mea sunt: tam mihi consentaneus fuerit, ut vna me cum eiceret demones: Sequitur. Et qui non colligit mecum, dispergit. C Y R I L. Quasi dicit. Ego veni, ut illos Dei ab eo dispersos congregem: ipse Sathanas cum mecum non lit, que collegit, & saluauit, tentat dispergere. Qualiter ergo qui meis dispensationibus refragatur, virtutem mihi ministrat. C H R Y. Ac si quis non cooperatur, aduersarius est: multo magis qui obstat, videtur tamen mihi & Iudeos ad praesens sub aenigmatibus tangere. ordinans eos cum diabolo, nam & ipsi agebant contra eum, & dispergebant quos congregabat. C Y R I L L. Post praemissa ostendit dominus: vnde contigit populo Iudaeorum, ut ad huius opiniones laborarentur de Christo dicens: Cum immundus spūs exierit ab homine ambulat per loca iniqua, querens requiem: Quod enim hoc exemplum ad Iudaeos spectat, Mathaeus expressit dicens. Sic erit & generatio huic pessima. Quamdiu enim erant in Aegypto viuentes ritu Aegyptiorum, inhabitabat in eis spūs malignus, qui expulsus est ab eis, quando mastrauerunt agnum in figura Christi, & iuncti sunt eius sanguine, & sic euicauerunt destructorem. A M B R O. Itaque in vno homine totius populi Iudaici comparatio est, quae per legem spūs immundus exierat. Sed quia in Gentibus quorum corda prius arida erant, sed postmodum per baptismum rore spūs humefebant, propter fidem Christi requiem diaboli inuenire non potuit. Immundus enim spiritus Christi incendium est: ideo regressus est ad plebem Iudaeorum. vnde sequitur. Et non inuenit. Reuertar in domum meam, vnde exiui. O R I G. ad eos, qui sunt ex Israel: quos vidit nihil diuinum in se continentes, sed desertos & vacantes habitationi eius. vnde sequitur. Et cum veniue. scdm. m. daram. A M B R O. Forent enim & perfunctoria specie comperata ab imo manet interiore pollutione. Neque enim sacri fontis irrigatio aut abluebat, aut restringebat ardorem, meritoq; ad eum spiritus redibat immundus, adducens secum septem spūs nequiores. vnde sequitur. Et tunc va. & assu. secum septem spūs nequiores. & ingressi ha. ibi. quoniam. sin hebdomada legis, & octaua mysteriorum commisit. Itaque, vt nobis multiplicatur septiformis spiritus gratia: ita illis immundorum spūm omnis cumulat in inuria. Vniuersitas enim hoc numero aliquoties comprehenditur. C H R Y. Incolunt autem animas Iudaeorum demones peiores prioribus: nam tunc temporis in Prophetas seuebant: nunc vero ipsi domino Prophetarum iniuriuntur, atque ideo a Vespasiano & Tito peiora passi fuerunt, q in Aegypto, & in Babylone. vnde sequitur. Et sunt no. ho. illius peio. prioribus. Tunc etiam aderat eis diuina prouiso, & gratia spiritus sancti. nunc vero etiam hac cura priuantur, propter quod virtutis maior penuria nunc, & erant intentos, & demonum exactio seuior. C Y R I L. Sunt etiam quousissima peiora prioribus, secundum illud Apostolicum: Melius erat eis veritatis viam non cognoscere, q post agnitam, retroire. B E D A. Potest etiam hoc accipi de haeretico quolibet, vel scismatico, vel etiam malo catholico, de quo tempore baptismatis spiritus exierat immundus, locaque iniqua peragrata. corda fidelium, quae a mollitie fluxae cogitationis expurgata sunt, callidus insidiator explorat, si quos ibi nequitiae suae gressus figere possit. Dicit autem. Reuertar in domum meam, vnde exiui. In quo timendum est, ne culpa quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat. Inuenit autem eam scopis mūdaram, hoc est gratia baptismatis a peccatorum labe castigatam, sed nulla boni operis industria cumulatam. Per septem autem malos spiritus, quos assumit: vniuersa vitia designat. Nequiores autem dicuntur, quia non solum habebit illa septem vitia, quae septem spirituali-

bus sunt contraria virtutibus; sed etiam per hypocritam ipsas se virtutes habere simulabit. C H R Y. Non solum autem illis, sed & nobis fore dicta accipiamus quae sequuntur. Et erunt nouissima hominis illius peiora prioribus: quia si illustrati, & a pristinis malis remoti, denuo redimus ad eandem nequitiam: grauior deinceps erit poena sequenti peccati. B E D A. Postet etiam simplici ter intelligi dominum hanc ad distinctionem suorum, & Sathanae operum adiunxisse, quod scilicet ipse semper polluta mundare. Sathanas vero mundata grauioribus sordibus contaminare festinat. h. q. B E D A. Scribis & Phariseis dominum tentantibus, simul & blasphemantibus, incarnationem eius magna fiducia quidam mulier confiteatur. vnde sequitur. Factus est autem cum haec diceret, extol. vo. quaedam mulier de tur. di. illi: Beatus venter qui te par. & vbera que suxisti. ubi & praesentium calumniam, & futurorum constantem haereticorum perfidiam, nam sicut tunc Iudaei sancti spiritus opera blasphemando verum Dei filium negabant: sic haeretici postea negando Mariam semper virginem, spiritus sancti cooperante virtute, negant scituro vniuerso Deo. carnis suae materiam ministrasse: verum substantialemque patris filium hominis fieri non debere dixerunt. Sed si caro verbi Dei sine carne nascentis, a carne virginis matris pronunciatum extranea, sine causa venter qui eum portasset, & vbera quae lactarent, beatificabitur. Quae vero consequentia eius lacte credatur nutritus, ex cuius femine negatur conceptus, cui ex vniuerso eiusdem fontis origine sunt Physicos uterque vigor manere perhibetur? Non autem tantummodo eam que verbum Dei corporaliter generate meruerat, sed & omnes qui eundem verbum spiritualiter audita fidei concipere, & boni operis custodia in se inuolunt, in proximorum corde parere, & quasi alere studuerint: asserit esse beatos. Sequitur enim. At ille dixit. Quinimo, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. C H R Y. Non fuit hoc responsum repudiantis matrem, sed ostendentis quod nihil ei partus profuisset, nisi valde bona & fidelis fuisset. Ceterum si Maria non parideret sine virtutibus animae: Christum ab ea ortum traxisset, multo magis nobis suae patrem, suae fratrem, suae filium, vniuersumque habeamus. nos autem obstitamus ab illius virtute, nequaquam hoc prodesse valebit. B E D A. Eadem autem Dei genitrix, & inde quidem beata, quia verbi incarnationis ministra est facta temporalis, sed inde multo beatiore, quia eiusdem semper amandi cultus manebat aeterna. Hac etiam sententia sapientes Iudaeorum percutit, qui verbum Dei non audire & custodire: sed negare, & blasphemare querebant. B E D A. Duplici dominus fuerat quaestione pulsatus. Quaedam enim calumniabantur eum in Beelzebub eiecisse demones, quibus haec tenus est responsum, & alii tentantes signum de caelo querebant ab eo, quibus ab hinc respondere incipit. vnde sequitur. Turbis autem concurrentibus, cepit dicere, generatio haec, generatio nequam est. A M B R O. Vt scias Synagoga populum deformati, ubi ecclesiae beatitudo laudatur, sicut autem fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit & filius hominis Iudaeis. vnde subditur. Signum querit, & signum non dabitur ei, nisi Iona Propheta. B A S I. Signum est res in propatulo posita, alicuius oculi continens in se declarationem, sicut Iona signum descensum ad inferos, ac iterum ascensum Christi resurrectionem a mortuis representat. vnde subditur. Nam sicut Iona fuit signum Niniuitis, ita & filius hominis generationi isti. B E D A. Signum eis tribuit, non de caelo, quia indigni erant videre, sed de profundo inferni, signum incarnationis non diuinitatis, passionis non glorificationis. A M B R O. Vt autem Iona verum, signum dominicae passionis est, ita etiam grauius, quae Iudaei commiserunt testificatio peccatorum est, simul aduertere licet & maiestatis oraculum & pietatis iudicium, namque Niniuitarum exemplo, & denunciarum supplicium, & remedium demonstratur. unde etiam debent Iudaei non desperare indulgentiam, si velint agere penitentiam. T H E O. Sed Iona post exitum suum a ventre ceti sua praedicatione Niniuitas conuertit, Christo vero resurgenti Iudaeorum generatio non creditur. unde praedictum fuit eis, de quo praedictum subditur duplex exemplum, cum dicitur. Regina Austri sur. in iudicium

ca viris genera. huius, & condemna. illos. B E D A. Non vtiq; potest iudicium, sed comparatione facti melioris. vnde sequitur. Quia venit a finibus terrae. sapien. Salo. & ecce pluraquam Salomon hic. Hic, in isto loco non pronomen est, sed aduertium loci, & significat. in praesentiarum inter vos conuersatur, qui in com parabiliter est Salomone praestantior. C Y R I L. Non autem dixit: Maior Salomone ego sum, vt persuadeat nobis humilitari, est secundi sumus spūm grauioriarum. q. d. Festinauit ad audiendum Salomonem mulier barabara, per tam longum iter audientia scientia visibilium animatum, & vires herbarum, autem cum assistatis, & audiat de inuilibilibus & caelestibus, ipsam sapientiam vos instruentem, & verba si quis, & operibus comprobantem: alienamini contra verbum, & miracula insensibiliter praeteritis. B E D A. Si autem Regina Austri, quae electa esse non dubitatur, surget in iudicio cum reprobis, ostendit vna cunctorum bonorum. In malorumque resurrectione mortuorum, & hoc non iuxta fabulas Iudaeorum mille annis ante iudicium, sed in ipso esse futura iudicio. A M B R O. In hoc quoque Iudaeorum plebem damnans, ecclesiae mysterium vehementer exprimit, quae in Regina Austri per studium percipiendae sapientiae de totius orbis finibus congregatur, vt pacifici Salomonis vbera cognoscat, Regina plane, cuius regnum est inditum, de diuersis & distantibus populis in vnum corpus affurgens. G R E G O. Nilenus: Sicut autem illa Regina erat Aethiopia, & longe distans, sic in principio nigra erat ecclesia Gethioma, & multum distabat a veri Dei notitia. Ac ubi pacificus Christus emicuit, tunc contentiuitas Iudaeis accessit: Gentiles offeruntque Christo pietatis aromata, & aurum diuinae notitiae, & gemmas, obedientiam, praecipitorem. T H E O. Vel quia Austri laudatur in scriptura, sicut calidus & viuificans. Anima igitur regnans in Austro, in spirituali conuersatione, venit audire sapientiam Salomonis Regis pacifici domini Dei nostri in contemplationem erigitur, ad quam nullus peruenit, nisi regnet in bona vita. Ponit autem consequenter exemplum de Niniuitis, dicens. Viri Niniuitae surgent in iudicio cum generatione haec, & condemnabunt illam. C H R Y. Condemnationis iudicium ex similibus, vel dissimilibus fit ex similibus quidem, sicut in parabola de decem virginibus, ex dissimilibus autem, sicut cum Niniuita condemnantur eos, qui erant tempore Christi, vt sic fiat condemnatio dlorior. Nam illi quidem barbari, hic vero Iudaei: hic refecti Propheticis documentis, illi numquam accepterunt auditum diuinum: hic iurauerunt, huc dominus. ille euerterunt praedicatorum, iste regnum celorum annunciat. notum est ergo cuiuslibet q Iudaeos decebat potius credere: accidit autem contrarium. vnde subdit. Quia penitentiam egerunt in praedicatione Iona, & ecce pluraquam Iona hic. A M B R O. Secundum mysterium autem, ex duobus constat ecclesia, vt aut peccare nesciat, qd. spectinet ad Austri Regiam, aut peccare desinat, q. d. per tinet ad Niniuitas penitentiam agentes. Penitentia enim delictum abolet, sapientia cauet. A V G. de Con. Euan. Hoc autem Lucas narrat eo loco quidem, quo Mathaeus, sed aliquanto distanti ordine. Quis autem non videat superfluo quaeri, quo illa ordine dominus dixerit: tunc hoc discere debeamus per Euangelistarum excellentissimam auctoritatem non esse mendacium? Sed quisque non hoc ordine, cuiusquam sermonem digesserit, quo ille, a quo processit, cum ipsius ordinis nihil interit ad rem, siue ita sit, siue ita: C Y R I L. Dicebant Iudaei dominum exercere miracula, non propter fidem, sed propter applausus videntium. Reprobatur igitur praesentem calumniam, inducens exemplum lucernae, cum dicit. Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub medio, sed supra candelabrum vt qui ingrediuntur, lumen videant. B E D A. De seipso dominus hic loquitur, ostendens, est supra dixerit nullum generationis nequam, nisi signum Iona dandum: nequaquam tamen lucis suae claritatem fidelibus occultanda. Ipse quidem lucernam accendit, qui testam humanae naturae flamma suae diuinitatis impleuit, quam profecto lucernam nec credentibus abscondere, nec modio supponere: hoc est sub mensura legis includere, vel inera vnius Iudaei gentis terminos voluit cohibere. Sed supra candelabrum posuit. i. ecclesiam, quia in nostris frontibus fidem suae incarnationis affixit, vt qui ecclesiam fideliter ingredi voluerit, lumen veritatis palam queant inueniri. Denique

praecepit, ne opera tantummodo, sed & cogitationes, & ipsas etiam cordis intentiones mundare, & castigare meminerit. nam sequitur. Lucerna corporis tui. A M B R O. Vel lucerna fides est. iuxta quod scriptum est: Lucerna pedibus meis verbum tuum domine. verbum enim Dei fides nostra est: lucerna autem lucere non potest, nisi alimende lumen acceperit. vnde & virtus nostrae mentis & sensus accenditur, vt mna, quae perierat possit reperiri. Nemo ergo fidem sub lege constituat: lex, n. intra mensuram est, vltra mensuram gratia, lex obumbrat, gratia clarificat. T H E O. vel aliter, quia Iudaei videntes miracula acerbabant ex eorum metis malitia, propter hoc dicit dominus, qd accipientes lucernam a Deo, intellectionem. lex emulacione obcurati, miracula & beneficia non cognoscebant, sed ad hoc intellectionem a Deo susceperimus, vt supra candelabrum poneremus, vt etiam alii qui ingrediuntur, lumen videant. Sapiens quidem iam ingressus est, qui vero addidit, adhuc ambulat, quasi Pharisaei dicit. Oportet vos vt intellecta ad miraculorum notitiam, & aliis declaratione, quoniam quae videtis sunt opera non Beelzebub, sed filii Dei. vnde secundum hunc intellectionem subdit. Lucerna corporis tui est oculus tuus. O R I. Oculum quippe appellat proprie intellectionem nostram: totam autem animam, quamuis non corpoream, hic tropologice vocat corpus: illustratur enim ab intellectu anima tota. T H E O. Sicut autem corporis oculus si lucidus fuerit, corpus lucidum erit, si vero tenebrosus, & corpus similiter tenebrosus, sic in principio intellectus ad animam. vnde subditur. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. O R I. Intellectus enim a suo principio in solo simplicitatis studio est: nullam continentem duplicitatem, & dolum, & diuisionem in se. C H R Y. Si ergo intellectum corruperimus, qui potest soluere passionem, totam laesimus animam: parimurque diram caliginem, peruersione execrati intellectus. vnde subdit. Vide ergo, ne lumen quod in te est tenebrat. Non sensibiles dicit tenebras: sed inintelligibiles habentes originem, & quas nobiscum passim deserimus, exto eto nobis oculo animae, de cuius luminis virtute subdit dicens: Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit: non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. O R I. Idem, si corpus tuum sensibile factum est luminosum illustrato corpore a lucerna: adeo vt non amplius in te sit membrum tenebrosum: multo magis te non peccante, in tantum fiet lucidum totum tuum corpus spirituale, vt comparentur splendores eius illustranti lucernae, du lux quae erit in corpore, quae consueuerat esse caligo, dirigitur quocumque praecipit intellectus. G R E G O. Nazam, vel aliter: Ecclesia lucerna & oculus est: praeterea, necesse est ergo, vt sicut oculo puro verum habere corpus dirigitur, in puro vero existente deuiat, sic & in praeterea qualitercumque se habet, oportet pariter naufragium pati ecclesiam vel saluari. G R E G. 28. Moral. Vel aliter appellatio ne corporis vnaqueque actio intelligitur, quae intentionem suam quasi intuent vna oculum sequitur. vnde dicit. Lucerna itaque: corporis tui est oculus tuus, quia per bonae intentionis radiu, merita illustratur actionis. Si ergo oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Quia si recte intendimus per simplicitatem cogitationis, bonum opus efficitur, etiam si minus bonu esse videatur. Et si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Quia cum peruersa intentione quid vel recte agitur, & si splendore coram hominibus cernitur: tamen apud examen interni iudicis obscuratur. vnde & recte subditur. Vide ergo, ne lumen quod in te est, tenebrat. Quia si hoc quod bene nos agere credimus, ex mala intentione suscipimus, quanta ipsa mala sunt, quae mala esse, & cum agimus, non ignoramus? B E D A. Cum autem subdit: Si ergo corpus tuum lucidum fuerit. Totum corpus nostrum omnia opera nostra dicit. Si igitur bonum bona intentione paraueris: non habens in tua conscientia aliquam partem tenebrae cogitationis, est contigere aliquem proximorum tua bona actione noceri, tu tamen pro tuo simplici corde, & hic gratia, & in futuro lucis gloria donaberis. Quod significat subdens: Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Haec contra hypocritam Pharisaeorum sub dolo signa quarentium, specialiter dicta sunt.

Cap. 28.



I CYRIL. Pharisaeus quamuis tenax esset sui propofiti do...

Lib. 3. c. 75.

Et cum loqueretur, rogauit illum quidam Pharisaeus, ut pranderet apud se...

Serm. 30.

Lucas autem in eo sermone domini, commoratus etiam quibusdam quae Mattheus dixisse dominum...

Serm. 30.

Quod intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate...

berhaec omnia facit munda, & ieiunio est praefator, quod quamuis sit laboriosus...

Verum tamen quod superest date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis...

Quod superest date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis...

Quod intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate...

Serm. 30.

sequitur. Et homines ambulantes supra nesciunt...

Respondens autem quidam ex Legis peritis, ait illi: Magister, haec dicens, etiam contumeliam nobis facis...

Respondens autem quidam ex Legis peritis, ait illi: Magister, haec dicens, etiam nobis contumeliam facis...

Respondens autem quidam ex Legis peritis, ait illi: Magister, haec dicens, etiam nobis contumeliam facis...

In Astrolo de fuga suo.

Et fugit, sed potius austerum, & moribus imbutum iniquis...

Et fugit, sed potius austerum, & moribus imbutum iniquis...

Et fugit, sed potius austerum, & moribus imbutum iniquis...

Et fugit, sed potius austerum, & moribus imbutum iniquis...

Lib. 2. q. 23.

Lib. 2. c. 75.